



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 30. Ecclesia Anglicana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

Sæcul. XII. Sed productæ sunt antiquæ tabulæ, quæ  
A C. 1200. istud privilegium Archiepiscopo Burde-  
 galensi asserebant. Tum Guilielmus,  
 ab Elia consecratus, annos exinde novem  
 Sedem Bituricensem tenuit. Ab eis  
 carnium abstinuit, aliosque mores, qui-  
 bus Monachi vivunt, servavit, quantum  
 in eminenti Dignitatis Ecclesiastica gra-  
 du positus fuit.

## §. XXX.

*Ecclesia Anglicana.*

*Rog. p. 804.* Eustachius Abbas de Flax, seu S. Ger-  
 meri, in Diœcesi Belvacensi, ex so-  
 ciis Fulconis Neviliacensis, hoc anno  
 millesimo ducentesimo ex Normannia  
 in Angliam trajecit, in eo Regno Pra-  
 dictationis munere functurus. Com-  
 plura ab eo patrata miracula fama vul-  
 gavit. Multos ad usuras debitoribus  
 suis condonandas, & votum de itinere  
 Hierosolymam suscipiendo edendum  
 permovit. Londini & in pluribus lo-  
 cis nundinas die Dominica celebrari  
 prohibuit, instituitque, ut in illis Eccle-  
 siis, quarum census ad id sufficerent, ante  
 S. Sacramentum lampas perpetuo ar-  
 deret, aut aliud lumen conservaretur.  
 Apud multos cives quoque & alios suo  
 hortatu effecit, ut quotidie in mensa  
 prandientium vel coenantium catinus  
 poneretur, in quem ciborum partem pro-

paupe-

pauperibus conferrent. Nihilominus Sæcul. XII.  
cum non nulli Angliæ Præsules Eusta- A.C. 1200.  
chio subiraserentur, conquerentes, quod  
non vocatus prædicaret, ne displiceret  
Episcopis, in Normanniam denuo navi-  
gavit.

Eodem anno Hubertus Archiepi- *Rog. p. 806.*  
scopus Cantuariensis Concilium Gene-  
rale totius Angliæ, id frustra prohibente  
Godefrido, Comite Exoniensi, summo  
Iustitiæ in Regno præfecto, celebravit.  
In eo Decretum, quod quatuordecim  
Canones, ex Concilio Lateranensi sub A-  
lexandro III. anni millesimi centesimi  
septuagesimi noni maximam partem ex-  
cerptos, complectitur, editum est. Sunt  
vero hujusmodi: Non liceat Presbytero *to. II. Conc.*  
bis in die celebrare, nisi necessitate ur- *p. 13.*  
gente, & tunc nullam ablutionem in-  
fundat calici, & ablutionem digitorum  
servet, post secundam Missam sumen-  
dam. Evcharistia ad ægros in pixide *Sup. Lib.*  
munda & honesta deseratur, linteo ni- *LXXXII.*  
tido superposito, ministro Crucem & lu- *§. 2.*  
men præferente.

Baptisma, si dubitetur, conferatur, *c. 2.*  
quia non dicitur iteratum quod non sci-  
tur fuisse collatum. Ideoque baptizen- *c. 3.*  
tur pueri expositi, sive apposito sale, si-  
ve sine sale inveniantur.

Hic nulla de Baptismo sub conditio- *c. 9.*  
ne mentio. Decimæ occasione merce-  
dis

Sæcul. XII. dis servientium vel messorum non mi-  
A.C. 1200. nuantur. De terris noviter exultis  
decimæ solis Ecclesiæ parochialibus  
dentur.

## §. XXXI.

*S. Hugonis Lincolniensis extrema.*

*vit. c. 22.* Sanctus Hugo Lincolniensis in Norman-  
*ap. Sur. 17.* niam venerat, ubi pacis conciliator  
Nov.

inter Regem Philippum & Regem Joan-  
nem extitit. Cum deinde ad quamdam  
Domum Cartusiensem divertisset, &  
illi, res novas sciendi cupiditate vici,  
quæ sivissent, quibus conditionibus pax  
inita fuisset, ingemiscens respondit:  
*Quamvis Episcopis liceat nova audire &*  
*referre, id tamen Monachis non licet.*  
Ex hac profectione redux Hugo Londi-  
ni quartana laborans decubuit, monen-  
tibusque amicis, ut Testamentum con-  
deret, mos iste, inquit, et si ubique loco-

*c. 28.* *rum in Ecclesia vigeat, mibi non proba-*  
*Rog. p. 811.* *tur. Nunquam aliquid habui vel babeo,*  
*quod non ad Ecclesiam, cuius cura mibi*  
*commissa est, pertineat. Nihilominus,*  
*quia timeo ne ærario Regis præfecti sibi*  
*bæc vindicent, cuncta quæ possideo, den-*  
*tur pauperibus. Rex Joannes ad Hugo-*  
*nem invisens ejus Testamentum confr-*  
*mavit, promisitque coram Deo, quod*  
*in posterum ultima mandata Prælatorum*  
*sua auctoritate muniturus esset.*

S. Epi-